

IGLESIA CATÓLICA

[Breviarium]

In festo B. Joannae Valesiae : die IV
februarius. -- [S.l.] : [S.n.], [s.a.]

[4] p. ; 4º

En final de texto figura la fecha de
1749. -- Texto a dos col.

1. Breviarios 2. Brebianoak 1. Título

HS-1,4

IN FESTO.

B. JOANNÆ VALESIAE.

*Omnia de comm. nec Virg.
nec Mart. prat. sequent.*

ORATIO.

DEus, qui ad imitandum Beatæ Virginis Filii tui Genitricis virtutes, novum per Beatam Joannam Sacrarum Virginum cœtum institui voluisti, ejus meritis, precibusque concede; ut per eadem gradiamur virtutum exempla. Per eundem Dominum.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Joanna Valesia Ludovici Undecimi

Galliarum Regis Filia à teneris annis in omnem pietatem instituta, ac propensa, non obscuris futuræ sanctitatis indiciis continuo claudit. Quinquennis, ferventissimis precibus Deiparam Virginem, quam semper mirificè coluit, exoranti, ut quo ei placere magis posset obsequio, significaret, pronuntiari sibi visa est fore aliquando, ut novum Sacrarum Virginum Ordinem in ejusdem Deiparæ honorem institueret. Ludovico Aurelianensium Duci nupta, summam in prosperis moderationem exhibuit;

argue

atque in adversis constantiam. Nullo, & irrito per Apostolicam Sedem eo declarato conjugio, id non solum æquissimo animo tulit, sed gravi se vinculo solutam prædicans liberius deinceps uni Deo famulari posse gratulata est.

ꝛ. Propter veritatem.

Lectio V.

Bituricensis Ducatus sibi à Ludovico Rege assignatos redditus, alendis pauperibus, curandis ægrotis, ædificandisque Monasterijs profuse erogabat. In eam vero curam præsertim incubuit, ut Sacrum Virginum Coetum sub nomine Annuntiationis Beatæ Virginis Mariæ, quibus ejusdem virtutes, certis regulis ab Alexandro Sexto appro-

batis, essent ad imitandum propositæ, institueret, ac promoveret, quod ei feliciter celsit. Egenos, ac miseros omnes ad se confugientes maternæ charitatis complectebatur visceribus; ægrotos in primis, quorum ulcera, & saniem proprijs manibus tergere, & contrectare non desugiebat restituta non semel eo contactu ipsam sanitate.

ꝛ. Dilexisti justitiam.

Lectio VI.

Singulari, atque eximia erga Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, pietate ferebatur, ad quod tanta accedebat lachrymarum vi, ut ejusdem charitatis, ad devotionis sensus in adstantium animis excitaret. Dominicæ

quoque Passionis myste-
ria pari recolebat affec-
tu : quare constructo
intra domesticum hor-
tum Christi sepulchro,
ibi secedebat identidem
nudum pectus lapide
tundens , atque in pre-
ces , & lacrymas jugi-
tèr effussa. Vitæ demum
innocentissimè ætæ fi-
nem quadragenaria præ-
sentens , sacris omni-
bus Christianæ Religio-
nis mysterij ritè , pieque
susceptis , pridè nonas
Februarij , Biturici de-
cessit anno millesimo
quingentesimo quinto.
Ejus corpus quinquæ-

gesimo septimo post
obitum anno incorrup-
tum repertum , dum ab
Hæreticis militibus ad
cremandum raperetur ,
gemitus adidisse , & mu-
rone transfixum copio-
sa sanguine manasse
perhibetur. Ejus cul-
tum Benedictus Deci-
musquartus Apostolica
auctoritate probavit an-
no millesimo septingen-
tesimo quadragesimo
septimo.

Æ. Falax gratia.

In 3. Noct. Hom. S.
Greg. P. in Evang. *Si-
mile est Regnum Cælorum
thesauro.*

HISPANIARUM.

AD *pias, enixasque instantias Serenissimi Regis Hispaniarum SS. D. N. Benedicto XIV. porrectas, pro extensione Officij, & Missæ B. Joannæ Valeriæ, sub Ritu duplici minori pro die 4. Februarii ad omnia Regna, & Dominia Majestati suæ subjecta, illasque à sanctitate sua ad S. R. C. remissas, Sacr. eadem Congregat. prædictum Officium cum oratione, & Lectionibus secundi Nocturni propriis, & Missa respectivè approbavit, & ab universo Clero, Sæculari, & Regulari utriusque sexus, in cunctis Hispaniarum Regnis eidem Regi Catholico subjectis, existenti, die 4. Februarij sub Ritu duplici minori, servatis tamen Rubricis Breviarij, & Missalis Romani recitari, & celebrari debere benignè indulgit, atque concessit. Die 20. Januarij 1748.*

Factaque deindè per me Secretarium de prædictis SS. D. N. relatione, Sanctitas sua benignè annuit. Die 26. ejusdem mensis, & anni 1749.

F. J. A. Cardinalis Guadagni.

Loco ✠ Sigilli.

J. Patriarcha Jerosolymitanus, Propærf. Secr.